

cognosco. Omnia itaque omni ratione eorum, quae non plus ad res magnas attendendum putat, quae omnia ab eis satis dicenda illustrata sunt, omnis disputatio ad gravitatem eorum sententiarum, quae fuerit, a nostris maioribus accuratissime scripte referat. Et quaeque multa sunt in philosophia praedare, ac subtiliter ab Aristotele disputata, nescio an ulla sit pars, quae magis ad nostrarum cognitionem pertineat ea, quae dicitur ille omnium sapientissimus, de omni ratione a se graviter et copiose perscripsit. De hac igitur a me dicendum est, ut cum vestro iudicio, quod ego sepe maius fecero confirmatus fuero, in meliori animo ad cogitandum de ceteris honoribus accedam, sine quibus non posse me diu deservari cum dignitate in hoc ipso magistratu meo video. Erunt igitur huius libri initia.

NON VESTRA. O ro. Gasparini. pagam. p. singulis et egregia sapia
 pres amplissimi sepe alias, et maxime hoc tempore me adhortata fuisse, magna quaedam, tum ad omnem divitiae rationem, tum ad splendorem, ac dignitatem huius pulcherrimi ordinis dei cogitare, honorem quidem atque munus, quod mihi deservi certe in aliud tempus distulisset. Quia cum vestra auctoritas semper a me tantum valuerit, quantum vel sapientissimorum, vel optimorum hominum valere debuit. Itaque in mea parte esse omnia, et velle, et facere, quae a vobis probari intellexissem. hinc postea evenit, quod postea honeste in hoc maximo honore, et magistratu per deservari plus opera darem, ut aliquid private dignitatis vobis gradu dignum, et idoneum videretur. Hoc res processit, ut hodierno die fundamenta quaedam huius rei atque initia sub vestro conspectu, atque iudicio subicerem. Et quoniam de superiori officio, quod his diebus summo studio, ac maximo concursu litteratorum hominum, mihi nec petri, nec rogati, utro oblatus mandatusque didicis, alio loco, et alio tempore dicendum erit. Nec satis fuerit, si pauca, quae ad hodiernum usque institutum pertinet brevissime dixero. Reddam ergo plus vobis praesentis clarissimi rationem consilii mei et apud, quae ea me reuocavit, ne de rebus maxime vobis pertinentibus audiebatur.